



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

XXIII. Supplicia divinitus accelerata iis, qui Deiparam, in restauratae  
Lindae loco, contumeliâ vel injuriâ affecerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

A mortis periculo morbisq; gravioribus per B.V. Lind. crepti. 342  
ab eorum filio Alberto, post exactos quinque ab  
eo tempore annos, altera itidem argentea tabella  
oblata est cum hac inscriptione, anno MDc XXVI.  
die XXI. Maii Albertus Henr. en.

ANNO MDc XXII. Matthias Hoffman, ubi suum  
votum oculorum causâ susceptum explevit, dum  
rei seriem, uti Ciaritius scribit, referret, addi it; uxo-  
rem quoque suam Barbaram, longo capit is dolore prater mo-  
dum afflictam, votum ad eandem B.V. Mariam fecisse: &  
levamentum cepisse; brevi ad futuram, ut voto satisfaciat.

## C A P U T . XXII.

Supplicia divinitus accelerata iis, qui Deiparam in restaurata Lind.  
loco, contumeliam vel injuriâ affecerunt.

Q uod divinus vates Ifa. (a) peccatum quasi vinculum  
plaustri trahi, docuit, & S. Cyriill. ad eos transtulit,  
qui, peccatis, quasi vinculis plaustralibus innexi,  
poenias & supplicia, peccatis ex quo respondentia,  
quasi plaustra non tam ducunt, quem impetu quo-  
dam in se devolvunt; id ita verum quandoque est,  
ut S. Augustinus in eo, quam de vita Christianâ, ad  
fratrem perscripsit libro (b) non dubitarit eodem  
illud divinum Oraculum, subito venit ira ejus, eâ in  
causa usurpare, quin, cum id in plerisque impleri  
(quibus ob nimia peccata & in praesenti ira Dei supervenit,  
& in futuro servatur) tum verbis tum exemplis adstru-  
xisset, tandem propè exclamando subjicit: Dicas  
mihi quis, si quem sacrilegum, sanguinarium, rapacem,  
falsarium, homicidam, furum, fraudulentum, adulterum,  
ceterorumque criminum reum, vel in praesenti potuit videre

F 3

lant-

(a) cap. §. 18. (b) cap. 2.

longævum? Nos enim plurimorum habemus exempla, quæ probare sufficimus, sceleratos & impios, peccatorum suorum fine completo, et jam hoc tempore judicari; & presentem eis vitam negari, non minus quam futuram. Non negat Aug. differri sæpè impiorum supplicia, ut longâ Dei patientiâ, humano generi consulatum ne Deus judicetur impatiens, si illico volueret damnare peccantes; præsentim cū nec justos de peccatoribus haberemus, si confessim Deus vellet punire, qui peccant: tamen, & justitiæ Dei suum relinquunt locum, quæ interdum exigit, ut impius vel dum portu solvit, vel dum medium impietatis sua Ocanum ingressus est, natfragium faciat, & quæ torsus fuerat scelerum telam, sub ipsum abrumpat exordium. Atque inde quoque fit, ut ad illud Lindæ Marianæ Asylum (quo peccatoribus quantumvis impiis, tutissimus est receptus, si redire ad saniores velint) plerisque, qui saniora consilia respuunt, si non raro adsit Nemesis, ut exempla nō minus quam apud Tursellinum de Æde Lauretana (a) quondam docebunt.

## I.

Sub ipsum instaurandæ Lindæ exordium molles cereos è loco sacro auferens, divinitus plecta. Si hi, qui è sacrosanctâ Æde Lauretanâ aliquid etiam pietatis ergo raptum asservabant, divinitus sunt castigati (qualis fuit tum vir ille nobilis, de quo Tursell.lib.3.(b)tum Ioan Soar. Episc. Conimbricens de quo idem (c) tum alii, de quibus lib.5.(d), qui

(a) lib. 2. cap. 23. & lib. 3. cap. 29. (b) cap. 30.  
lib. 4. cap. 3. (d) cap. 8. & 15.

maiore videantur castigandi jure, qui ex eadem vel alia sacrâ D. Virginis Aede, citra contumeliam non tantum citra contemptum aliquem, ad usus minimè pīestollunt? Cūm sacro sanctum hoc (inquit de Lindensi Ciaritius) Sacellum, à Sadorscio instaurari ceptum esset, accidit, ut Michaelis Brodovii, fabri murarii vocor, cercos non paucos è sacro loco raperet, in chartarum lusu exurendos. At diu furto latata non est. Continuò enim pedes illius tanta debilitatis languore corripiuntur, ut consistere omnino non potuerit. Territa hoc malo, irreligiosa mulier (viro, carterisque, qui aderant, causam facti ignorantibus, in stuporem versus) ultra scelus fessa est. Restituit itaque loco sacro surrepros cereos, ceramque aliam decuplo fere augmento superaddidit; & absq; dilatione ulla, pristinam pedum sanitatem recuperavit; salutaremque terrorem alris incussit, ut locum sacrum religiosius venerarentur.

## II.

Vir nobilis in Deiparam Lindensem contumeliosus, ab arbore firmis nixa radicibus, subito vix non obrutus.

Prius quā id, quod Ciaritius (*a*) memorat, hoc loco referam, subit planè mentem id, quod in bucolico divinæ suæ poëseos carmine, sponsi ac sponsæ nomine Salomon canit de Christo & B. Virgine (*b*) sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias: sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Quo pacto Deipara Virgo, ut et jam ad ejus Lindam respiciamus, fuerit & sit lily inter spinas, præclare ut solet, Abbas Tuitiensis, apud Cornelium ipsum inducens Christum Deiparam alloquenter, ita explicat.

T 4

(a) n. 17. (b) Cant. 12.

plicat. Itaque ha<sup>e</sup> spinae & filiae, blasphemiae sunt Iudeorum  
sectae sunt hæretorum. Verum sicut ego spinas periuli q-  
dem, sed exsuperaviz ita & de te veraciter prædicabitur, qu-  
eundam hæreses interemisti. Quia vero ratione Christi  
sit & fuerit malus inter ligna silvarum, alii albido  
cuerunt, apud Lindam vero Marianam, videtur  
spectabilis malus arbor fuisse, quæ impudens  
blasphemumos hæretici obtudit. Præteribat, ut inq.  
Ciaritius, curru vectus Marianum hoc Oratorium, i-  
quidam nobilis; & ad illud, non pietate, sed sceleratu-  
ridendi sacra stimulatus, deflexit. Ingressus igitur, non pe-  
nit verbis in Deum, Virginemq; Matrem contumeliosus.  
hæc sancto altari insidens, omne, quod potuit, de honestame-  
tum loco sacro inferre non intermisit. Postquam vero indu-  
se recepisset, & montem proximum conseruare pararet, po-  
nens Arbor, ad declivem latum profundioris via sita, firmare  
dicsibus, & floribus tum induita, repente prolapsa, & in tem-  
nē inter equas currumq; incidens, illos stutit; parumq; absque  
quin hominem sacrilegum oppresserit. Ille quidem scelerat-  
rem tam mirandam, magicis incantationibus, imputare  
ceterum omnibus constitit, qui aderant & non nisi vi divina-  
borem altis fundatam radicibus momento corruisse; mi-  
cordi tamen benignitate Dei caput contumeliosi homini  
obtrivisse; & hoc tam stupendo casu, Beatissima Virginis ho-  
norem fuisse vindicatum.

## III.

Impius verbi Luterani minister, de Deiparâ & Lu-  
densi illius & de ludis sibi faciens, gravissimas  
impietatis suæ pœnas luit.

Mitius fortasse plexus videri potest is, de q-  
proximè egimus, nobilis vir, præ quodam Lute-  
Pop

Popa , de quo Ciaritius (a) fortasse idcirco , quia minus videri potest facinus illius, qui Ministris ita docentibus didicit, & quod didicerat, magis ipsum quam suâ impietate exeruit, certe Popa ille, non modò par nobili viro facinus patravit, sed etiam, pro more munereque suo, de Cathedrâ pestilentiæ illud prædicando docuit, nam ut Chrysologus inquit (b) docens impietatem, pestilentia residet in cathedra: Et sermone mellito (qualis utique prædicantium esse solet ) virus doctrina letalis audientibus effundit. Sed jam Ciaritium audiamus. Alter quidam minister verbi ad Rhein oppidum inferioris Prussie, dum iter faceret ad hoc Oratorium, ingressus , in risus ludosq; profanoseffusus, coronasque cereas capiti imponens , insano motu subultans choreas duxit. At diu non divina vindicta morata est. Tantus enim illum dolor stuporque opprimit, ut aegre ex Oratorio effterri & aegrius domū perferri potuerit. Ita ejā nunc toto corpore affectus perbibetur , ut per se nec rectè ingredi, nec firmiter consistere queat; & in ostentum mortali bus pannam suam omnibus membris invalidus circumferat Remi e-  
stis statim uxorem, cum denariolis quibusdam ad sacrum Oratorium & tegmina curarum fasciasque in loco sacro suspensi curaverat; ut essent religionis violatoe. & sue pænitutinis signum Res ab omnibus canuntur, & signa quandoque illas etiam, quibus recentius evangelium est amabilius, videre optant. At non supersunt.

Y 5

IV.

(a) num. 8. (b) Serm. 44.

## IV.

Consul Resseliensis ob non solutum, quod Deiparæ Lindensi nuncupatrat, votum purgatorijs ignibus expiatur.

Et jam leviores in Deiparæ cultu noxas, haud impune abire, vel à suo quoque obitu docuit Dominus Ioannes Schultz, Perillustris & adm. R. D. Lentii Schultz. Canonici Pultoviensis & præpositi Vifnensis (qui hæc manu quoque suâ prodidit, qui jam alias (a) Iuculentus nobis adfuit testis) qua pietate, qua primis inter suos honoribus spectabilis parent. Agebat is Consulem Resselii, cum sub Annis M DC XIV. exitum in morbum incidit; & sive pro restauranda sanitatem sive pro felici ex hac mortalitate abitu, candelam ceream Deiparæ Lindensi promisit. Promissi memoriam aliqua fortasse negligenter ademerat ægro, ita ut voti reus ad plures hinc migrarit. Vix triduum inde abierat, cum superstitioni uxori Estheræ Ditlofranæ per somnum se offert spectandum, & de præstanto Deiparæ voto admittet, illud adjiciens, se quidem viam salutis felicitatis ingressum esse, progredi tamen nequaquam posse nisi voto, quo Deiparæ Lindensi obstricatus esset, solvatur. Dictum factum Pia enim conjux, votum contra omnem prorsus moram præstito, et jam quadam quasi fœnus adjectit; quia sodalitati B. V. Annunciatæ, quæ in collegio Lomzensi, recens tum societati Iesu erectoro, una assurgebat, grandius ex auctoritate sigillum, quo ad hanc usque diem sodalitas laruit, donavit.

LIBER

(a) lib. 2. cap. 16.